



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De vsura exteriori explicita cap. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*De Vsurā exteriōri explicita.*

## Cap. 30.

**A**D Vsuram exteriōrem explicitā duo sunt necessaria, alterum ut mutū intercedat. In quo aliquid vltra sortem accipiatur, cuius defectu quidat pecunias aureas ad medicinā, vel pro argenteis, & petit aliquod moderatum lucrū, non committit vsuram, quia id nō est mutuum; sed locatio, aut venditio, alterum: quod sit pactum aliquod apertum aliquid recipiendi vltra sortem propter utuum: & ex his multi solvuntur casus: nam aliquid mutuans agricolis cum pacto ut teneantur terras suas colere, aut emptori, ut merces ex officina sua emat, vel negotiatori, ut pecunias mutuet, aut capitali indemnificato det aliquā lucri partem, vel

accipit à principibus in pignus ter-  
ras, & loca eorum fructificantia,  
totum mutuum sine periculo cō-  
seruando: vel denique qui darvno  
tempore triticū vt alio quādo plus  
valet, tantūdem accipiat, vſuram  
cōmittit: quorsū omniū ratio est;  
quia accipitur aliquid pecunia æ-  
stimabile ob mutuū vltra fortem:  
potest tamen quilibet fundū quē  
in feudi alteri dedit, in pignus mu-  
tui ab illo accipere, & gener rem  
quamvis frugiferam in pignus do-  
nis à socero; & vterque: fructus ea-  
rū rerum recipere capitali saluo.  
Ita. n. iura permittunt sine vſuræ  
culpa quia leges, & Pontifices hos  
duos casus ab vſura faciūt imunes

*De Vſura exteriori implicita.*

*Cap. 31.*

**S**Olet vſura variis modis pal-  
liari: & mutuū in ea occultari.  
Pri. ratione vēditionis : vt cū